

34 (fol. 127) an seinen jugendlichen Neffen; fol. 138 folgt ein zweites, schlechter geschriebenes Exemplar. Guido hatte sich 1190 dem Kreuzzug angeschlossen, wie er in seinem Geschichtsbuch erzählt. Albrich giebt (SS. XXIII, 864) einen kurzen Auszug, Waitz (SS. XXVI, 218) die einleitenden Worte, dass er davon nicht anders berichten wolle, 'quam in nostro iam pridem epistolari libro prosecuti sumus his verbis'. Den Brief selbst liess Waitz weg, wie er ja auch allerdings der deutschen Geschichte nicht angehört. Doch hoffe ich, dass er hier nicht unwillkommen sein wird, besonders wegen der Beziehungen auf die Chansons de geste¹, mit Ausnahme des (auch in seiner Geschichte fortgelassenen) wortreichen Anfangs, welcher nur Versicherungen seiner Liebe enthält. Dann fährt er fort: 'Natalis igitur patrie madentibus oculis et florenti Francie vale dicto, cruce signatus et insignitus, immo crucifixus exercitus Crucifixi, servientes in leticia et exultantes Domino cum tremore, peregrinationis salutifere viam, et Burgundiam sumus ingressi. Ibi primo nobis scopulosis et arduis occurrentibus locis, supra fluvium Choram² et rupem decoram obsidione viridantium vinearum, per amenitatem situs et affluentiam letificantis corda liquoris, Virzeliaci castri³ condescendit ascensus.' Hic ille⁴ Burgundie dux utriusque Gerardus, radiantis et inextinguibilis altisona tuba memorie celebratus, reposuit olim digno tantis et sanctis honore reliquiis preciosum corporis Magdalene gloriose ac Deo dilecte thesaurum, quod fideliter ac pie transferri fecerat ex Aquensi destructa provincia sevicia paganorum. Loco nos excepit ab isto Galliarum antiquitus sedes prima Lugdunus, nunc citerioris Burgundie caput, et ad ulteriorem meta regni Francorum, inter superbum pretersecantis Araris fluminis impetum et radices ardui collis et asperi coartata⁵ civitas in productum. In hac venerationem et devotionem quam debuimus exhibuimus patroni nostri gloriosi prothomartyris ecclesie principali, quam quondam Atheniensium insignes et victoriosi martyres, Fotinus, in ea primus episcopus, et eius discipuli Xactus et Attalus cum sociis suis, sed eiusdem loci doctor, episcopus et martyr egregius Hireneus, sacris excoluere doctrinis et ornaverunt sanguine triumphali. Eiusdem Hirenei verbis ecclesiastica quidem historia, prime quoque mansionis eorum in eadem urbe que nunc ecclesia veneranda, propter eorundem Atheniensium memoriam et honorem, derivatum ab Athenis nomen Atheniacum hoc asseverat, quod in hec usque tempora perseverat. Hic Araris predictus fluvius Lugdunensis, quamvis equalem fere

1) Die speciellen Beziehungen aufzusuchen überlasse ich den Sachverständigen. 2) Die Cure. 3) Vezelay. 4) 'ille dux Burgundus' Hs. 5) Verbessert 'choartata'.